

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1581

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 137 / Tabuteau 208 / Round 1167

**Auteur(s) :** Jean de Laval [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1055, septembre-1055, 15 octobre]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard, à la requête de l'abbé Albert, approuve et souscrit la notice des donations faites à Marmoutier par le chevalier Jean de Laval, originaire du pagus du Maine, lors de son entrée au monastère : la moitié du domaine de Vesly, en Vexin normand et une église non loin de là sise sur l'Epte à Guerny.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Bertrand de Broussillon Arthur, *La maison de Laval 1020-1605*, étude historique accompagnée du cartulaire de Laval et de Vitré, Paris, Picard et fils, 1895-1903, 5 vol., n° 20, p. 35.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 137, p. 312-314.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1167, p. 422.

## Dissertation critique

1055, Septembre ou Octobre, avant le 15 : parmi les souscripteurs, figurent Maurille, archevêque de Rouen à partir de septembre 1055 et Gervais, évêque du Mans jusqu'au 15 octobre de la même année (FAUROUX, p. 313).

Texte établi d'après b

Plerunque pax et quies quorumcunque perturbatur fidelium pravorum inexasiabili cupiditate hominum, dum quod isti justii videntur possidere, illi injusti cupiunt diripere, necnon unde boni vivere et sustentari habent in servitio Dei fronte impudenti calumniatur impiii, ut suæ satisfaciunt cupiditati. Unde fit ut quæ prius omnimodis rata putabantur post irrita fieri sæpius videamus, et diu absque calumnia possessa quasi ab ipso sinu incautis et nihil minus cogitantibus erepta. Est ergo prudentium in futurum semper providere et convenientias rerum suarum, donationes vel venditiones, litteris inserere ne oblivione depereat quod sibi vel posteris non ignorare expediat. Nos igitur Majoris Monasterii monachi notum fieri volumus successoribus nostris quendam militem nomine Johannem pagi Cenomannensis indigenam, Widonis de Valle filium, in Normannia, territorio Vilcassino, quendam fundum dedisse nobis, voluntate et assensu patris sui necnon et fratris nomine Haimonis, medietatem videlicet totius potestatis Verliaci. Dedit etiam haut longe ex integro ecclesiam in villa quæ Garniacus dicitur juxta fluvium Eptæ sitam,

cum una mansura terræ et duobus molendinis, cum septem acris prati et septem hospitiis. Sed fundum Verliaci cum uxore sua Berta, Johannis et Haimonis matre, Wido pater eorum in maritaticum accepit, ecclesiam Guarniaci cum terra, molendinis, acris prati et hospitiis post acceptam eam emit. Quæ omnia, cum ipse grandævus esset et senio gravis, quia longinqua erant, dedit Johanni priori natu, jam juveni. Sed aliquando post elapso tempore, cum Johannes unum de .XXX. agens annum ætatis jam virilis esset et militari sub habitu, vir quippe ex illustri prosapia ortus degeret, Dei gratia respectus, idcirco enim fortasse præsagio futuri nomine Johannes est vocatus corde compunctus mundum cœpit horrere quem quotidie in deteriora videret devolvere. Despexit itaque divitias mundi ut ditaretur paupertate Christi, contempsit terrena, ut adipisceretur cœlestia, respuit transitoria ut consequi mereretur æterna, et diu excogitans ubi plenius suæ satageret voluntati conversationis locum, tandem sibi delegit hoc Majus Monasterium, confidens quod in eo minus possibile infirmitas haberet naturæ, orationibus et meritis eximii confessorum Martini se posse implere, sæculari igitur derelicto, sanctæ conversationis sumens habitum, supradictum fundum et ecclesiam cum terra, molendinis, acris, prati et hospitiis, sicut pater suus prius et ipse postea possederat, huic monasterio dedit ex integro, libera et quieta ab omni omnino consuetudinum inquietudine jure perpetuo possidenda. Qua de re domnus abbas Albertus, tunc Majori monasterio præsidens, quia non aliter sciret stabilem permanere posse hanc donationem, Willelmum Normannorum principem et ducem et, ut expressius dicatur quod difficile in aliis reperies, totius terræ suæ regem, de plurima in invicem familiaritate et dilectione præsumens, adiit, atque ut donationem supradictam annueret et auctorizaret exoravit. Qui nimis liberalitatis prærogativa qua potens super alios eminebat, qua etiam monasterium nostrum plurimis gratuitisque beneficiis amplificaverat, quod petebatur insperata facilitate annuit et coram subscriptis testibus firmavit et auctorizavit. S. Willelmi comitis. S. Maurilii archiepiscopi. S. Gervasii episcopi. S. Willelmi episcopi. S. Rotberti episcopi. S. Rotberti comitis, regis Anglorum filii. S. Rotberti filii Rotgerii de Bellomonte. S. Radulfi filii Erluini. S. Radulfi Pagani. S. Rotberti filii Rotgerii. S. Ricardi comitis Ebroicæ urbis. S. Rotgerii de Monte Gomerico. S. Radulfi camerarii. S. Willelmi filii Osberti. S. Hugonis vicecomitis de Monteforti. S. Ricardi filii Onfredi. S. Teodaldi capellani. S. Rotberti filii Girogii. S. Gisleberti. S. Engenult de Aquila. S. Hugonis de Grentamesnil. S. Gasleberti Crispini. S. Hugonis Buteillerii. S. Odonis Instigandæ. S. Geraldi senescalci. S. Hugonis archidiaconi. S. Balduini.